




Joh. Sulp. Verulanus.
de moribus puerorum.
Ed.
C. M. Morisianus.


Rost. 1575.













BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS



IOANNIS SVLPITII VERV-LANI DE MORIBVS PV-*rorum in mensa præcipue seruandis Carmen Elegiacum.*



Ad pueros Haffnienses

C. M. Morisianus.

Huc agite ò pueri, morum largissimus hic est
Riuulus, hic dulcis moribus vnda fluit.
Hinc bibite vrbanos mores, vitamq; probatam,
Moribus vt niteat, vita tenella bonis
Gratius vt Christo studium sit, iungite mores
Ingenuos, sine queis omnia vbiq; iacent.

ROSTOCHII
Excudebat Iacobus Lucius.
Anno M. D. LXXV.



ENTENTIÆ EX MINIS P. B- lianis selectæ lepidiores.

Aliũ consiliũ est, quod mutari non potest,
Beneficiũ dando accipit, qui digno dedit.
Feras, non culpes, quod vitari non potest.
Cui plus licet quam par est, plus vult quã licet.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Frugalitas miseria est rumoris boni.
Hæredis fletus sub persona risus est.
Furor fit læsa sæpius patientia.
Improbe neptunum accusat, qui iterum nau-
fragium facit,
Ita amicum habeas, posse vt fieri hunc inimi-
cum putes
Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.
Nunquam periculum sine periculo vincitur.
Nimium altercando veritas omittitur
Pars beneficĳ est, quod petitur si belle negas.

DISTICHON DE virtute.

Ille beatus erit, qui se virtutibus ornat,
Sed qui se vitĳs inquinat, ille miser.

IOAN.

IOANNIS SVLPITII VERV-
lani de moribus Puerorum.
Carmen iuuenile.

QVos decet in menſa mores ſeruare doce-
Virtuti vt ſtudeas literuliſq; ſimul · (mus.

Quæ pius admoneo, miti puer indole ſerua.
Præq; tuis oculis hæc mea iuſſa tene.

Sit ſine labe toga, & facies ſit lauta manuſq́ue
Stiria nec naſo pendeat vlla tuo.

Et nihil emineant & ſint ſine ſordibus vngues
Sit coma, ſit turpi calceus abſq; luto.

Linguáque non rigeat, careant rubigine dentes
Atq; palam pudeat te fricuiſſe caput.

Exprimere & pulices, ſcabiéq; vrgere nocentē.
Nec te ſordidulum, qui videt iſta, vocet.

Seu ſpuis aut mungis nares, mutaſue memento
Poſt tua concuſſum verter terga caput.

Mucorē haud tangas digitis, ſputumúe retorde,
Panniculo naſum mungere nempe decet.

Et ructare caue, quin ora in terga reflectas,
Stringe os, & crepitum coge tenere nates.

Munditiæq; tibi placeant, medio quoq; cultu,
Vtere ne turpis vel videare leuis.

Nec maledicta refer, nec promas turpia dictu
Quæ natura iubet eſſe tegenda, tegas.

Moribus vrbanis curato præditus eſſe,
Parce gulæ turpi, luxuriamqúe fuge.

Parce & auaritiæ, bilem frenare memento,
Inuidulus, tumidus, non odioſus eris.

Deſidiam fugies, atque ocia turpia pelle,
Et ludi turpes ſint procul atq; viri.

Fidus ſis iunctuſq; bonis, temerarius eſſe
Deſpice, non audax ſis, timiduſq; nimis.

Nec

Nec penitus mutum, nec te decet esse loquacē
Conuenit ille thoro, conuenit iste foro.

Et mansuetus eris, tectum te lectus habebit,
Detege nec socium, nec tua membra moue.

Nec sis difficilis nimium nec credulus esto,
Dedecus & metuas, & reuerere probus.

Futilis & mendax nunquā, nimium vt seuerus
Esto, sed & comem munificumq; velim.

Sis pius atq; colas superos, venerare parentes
Et noceas nulli, surripiasq; nihil.

Nec sis vinosus, quamuis potasse Catonem,
Fama refert, fugias sumere vina mera.

Non sis derisor, non somniculosus, iniquus,
Non iudex, nec tu testis iniquus eris.

Omnibus in reb⁹ studeas precor esse modestus
Sis cupidus laudis, sit tibi cura boni.

Sic bene moratum laudabimus atq; colemus,
Sic & honorus eris, ſic eris ipſe grauis.

Nunc faciles aures animū quoq; trade ſerenū
Morigerare mihi, mollia iuſſa dabo.

Non ſum qui laudē ſummo te accumbere mane
Iudice conueniens me dabit hora cibum.

Nec vos ante focum cœnas producite longas
Hoc faciet caupo, qui ſapit, iſta fugit.

Sterne thoros nitide, lautoſq; appone quadrā(tes
Atq; ſalem & Cererem, flumina, vina, dapes.

Te vitare velim, cupidus ne ut lucra ſonoras
Contrectes fauces, mandere rite decet.

Et licet antiqui cubiſſent pectore prono.
Te colla hæc ætas recta tenere iubet.

Et ſinito menſæ cubitis hærere potenter,
Tu tantum faciles pone, repone manus.

Tuque

Tuque puer iubeo sedeas vel raro, sed astans
Pocula miscebis, ponere, tolle dapes.

Iuraq́ue conuiuas super inportare minister,
Effuge, nam turpis sæpe fit inde toga.

Quodq; iubebit herus facilis semperq; subito,
Quemq; tibi dederit, tu tibi sume locum.

Quodq; vir egregius pauido tibi porrigit illud
Sume libens, grates aptaq; verba refer.

Esto tribus digitis, magnos nec sumito morsus,
Nec duplices offas mandere vtrinq; iuuent.

Dapsilis & largus semper, blandoq; sodali,
Impartire tuo, pauperibusq; dapes.

Nec vos obscænos laudabimus aut comedones
Esse decet vitras, viuere non vt edas:

Namq; cibus nimius capiti, stomacoq; nocebit
Corporis & vires ingenijq; rapit

Gausape

Gausape nō macules aut pectora, nec tibi men
Stillet. sitq; tibi ne manus vncta caue. (tū

Sæpe ora & digitos mappa siccabis adapta,
Inq; quadra faciet non tua palma moram.

Quod tibi vicinum fuerit tu sume, sodali
Cede tuo, referat dum tamen ille manum.
(sa.

Dumq; in frustra secat, caueas, sumpsisse resci-
Lurco legit dulces absq; pudore bolos.

Nō manib⁹ gremio immissis tibi vellicet vnguis
Quod sumes residens, non agitato pedes.

Incidasq; prius quam dens contundat ofellam,
Tingatur rursus ne tibi morsa caue.

Nec lingas digitos, nec rodas turpiter ossa,
Ast ea cultello radere rite potes.

Siq; super mensam cortex cumuletur, & ipsa
Ossa vel in pateram præ pedibusue iacet.
Nec

Nec tanquam ficos renta, nec delige frusta,
Et cocunque manus, huc tibi lumen eat.

Nec socium torue aspicias, quod ve ederit ille
Aduertas, gestus inspice sæpe tuos.

Pocula cum sumes, tergat tibi mappa labella,
Si tergas manibus non mihi charus eris.

Vna manus sumat pateram, ni hanc iactet in hoste
Theseus, aut beli sint monumenta patris.

Tunc binis pateram manibus captabis, id apte
Efficis, digitis vascula sume tribus.

Et teneas oculos, nec supra pocula fare,
Plena aliquo vita sit tibi bucca cibo.

Deme merum cyatho, multum ne forte supersit
Quod nolit socius sumere sponte tuus.

Qui sapit extinguit multo cum fonte falernũ,
Et parco lympam diluet ille mero.

Non facies binos haustus, nec fessus anheles,
Sibila nec labijs stridula prome tuis.

Nec cito sorbebis vel vt oui lutea grati,
Nec nimium tarda sume falerna mora.

Vnum siue duo, ad summum tria pocula sumes.
Si hunc numerū excedis, iam mihi potus eris

Fac videas quodcunq; bibes, mediciūq; pitissa
Crater siue calix det tibi viua breuis.

Os quoq; tergebis semper post pocula palmas
Ablue quum mensam deseris atq; labra.

Inflectensq; genu iunges quoq; brachia, prosit
Dicito, sed tolles ordine quæq; suo.

DECEM PRÆCEPTA LEGIS ANTIQVAE EX LIBRO *Aldi Manutij, de arte grammatica.*

Mente

MEnte Deum tota venerare, & semper adora,
Non iures frustra sanctissima numina diuum
Hinc caueas festis quicquam exercere diebus.
Quod vetitum est, magno pius affice honore parentes.
Non hominem occidas, Nunquam furare, malignus
Esse caue testis, Nec non bonus effuge lectum
Concutere alterius, tedas fædare iugales.
Non modo neu turpis sis lege iuberis adulter
Sed ne nupta quidẽ alterius tibi mente petatur
Cuncta aliena, bonus quo sis, cupiisse caueto.
Hæc quicunq; decẽ summi præcepta tonantis
Christicola, vt debet seruarit, carcere liber
Corporis, ad cœli fœlicia tecta volabit
Lætus, & æternum cariturus morte quiescet.

AVLVS GELLIVS EX
Hesiodo Græco.

Optimus est homini linguæ thesaurus & ingens
Gratia quæ paucis mensurat singula verbis.

HERMOLAVS BAR
barus ex Græco.

Venter pluma venus, laudem fugienda se-
quenti.

DIVIS AVRELII
sententia.

Arcta via est verè quæ ducit ad atria vitæ,
Nec recipit carnis gaudia mentis iter.

Amplis incedit spacijs terrena voluptas,
Augusto virtus limina celsa petit.

Et tamen hi calles, quos mundi vana pauescũt
Quædam magnificis æquora sunt animis,

Difficilisq; nimis per dura, per ardua gressus,
Commendat fidei, quod tolerare iuuat.

LVDOVICVS BIGVS AD
Christum optimum maximum.

Salue

Salue Chriſte tuæ genitor filiq; parentis,
Cui neq; principium eſt, cui neq; finis erit.

Quicquid conſpicitur, nequeunt quæcunq; vi-
Numinis imperio facta fuere tui. (deri

Impia tartarei fregiſti limina regni,
Paſſus ob humanum vulnera quina genus.

Quæ rogo ſic noſtras vrant ſine fine medullas
Inq; tua firment ſic mea corda fide.

Vt mihi ſegnicies, Venus, ira, ſuperbia, liuor,
Crimen auaritiæ diſpliceatq; gulæ.

BAPTISTA MANTVANVS.

I miſer & veniam ſuperos pro crimine poſce,
Ante flagellati vulnera quinq; Dei.

Voce, genu flexo, lachrimis & pectore tuſo,
Fletibus, erroris damna repende tui.

OFFICIA SCOLASTICA AB Ante. Tu. Mon descripta.

Semper in aurora plumoso surge cubili.
Et cruce te signa verbula sancta ferens,

Orna cesariem, palmas, faciemq; lauato.
Iam Christi ornatus candida templa pete.

Hinc dato literulis operam, Ludumq; frequēta
Et præceptoris verba notato tui

Si rudis aut dubitas doctorem consule semper
Optima quæq; lege, Pessima quæq; fuge.

Vtere Romano passim sermone frequenter.
Vsus multa docet, ingeniumque facit.

Per nomen Christi, aut superos, animāq; caueto
Ne iures, digito sed bene claude labra.

Potorem fluuios & equos & scorta, merumq;
Inuidiam, ludos, ocia quæq; caue.

Alterius chartas, abacum simul atq; crumenam
Non animaduertas, si pius esse velis.

Non proprio, tete meliorem, nomine dices,
Vtere sed solo quod dedit officium.

Docto.

Doctoreſq; patreſq; tuos reuerenter honora,
Et matrem, & canos affice honore ſenes.

Non ſpernas modice ſanum tolerare laborem
Segnitie pereunt corpus & ingenium.

Eſt tibi cognitio quorum, meditere frequẽter
Te magis indoctum perdoceaſque libens.

Eſto memor Patrijs huc cur ſis miſſus ab oris,
Vt ſtudeas arti moribus atq; bonis.

SOLI DEO GLORIA.

